



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 1. Quid est restitutio?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**

fensæ juxta morem Patriæ, triginta circiter fustium percussionibus corpus suum ultro subjicientis, esse injuriosam, licet non sit violenta, cùm ille canon non tam in favorem Clericorum ordinati, quam in favorem ordinis Clericalis fuerit promulgatus. 2. Quia Jus inabdicabile est illud, cui efficaciter cedere non potest Dominus: ergo cùm tunc consensus sit inefficax ad tollendum Jus, quod habet consentiens, ne fiat illa actio; revera manet totum Jus illud, ac proinde talis actio est verè injuriosa, ut potest contra Jus alterius permanens. 3. Innoc. XI. damnavit hanc propos. *Copula cum conjugata consentiente marito non est adulterium, adeoque sufficit in Confessione dicere se esse fornicatum.* Quippe Jus mariti est inabdicabile, cùm ex natura matrimonii Jus copulæ sit essentialiter conjugibus affixum. Maritus tamen consentiens censemur condonare injuriaæ reparationem.

## CAPUT II.

*De natura, & necessitate restitutionis.*

Q. I. *Quid est restitutio?*

Rejp. *Q* Est rei alienæ redditio, vel damni illati compensatio, debita ex Justitia ad æquitatem: vel etiam rei alteri debitæ solutio. Nam de ea sic sumpta hic agetur. Unde est actus Justitiæ commutativæ, quæ versatur c. T-

ca

ca æqualitatem rei ad rem ex S. Thoma 2.2. q.  
62. a. 1. Differt à satisfactione sive latè, sive  
strictè sumptâ. Nam satisfactio latè sumpta  
est quid generalius, & complectitur tum resti-  
tutionem, tum etiam quamlibet reparationem,  
& subitionem poenæ pro offensâ alteri illatâ:  
satisfactio verò sumpta strictè est inhonora-  
tionis, ac contumeliæ illatæ reparatio, & sic  
spectat personam: at restitutio est rei alienæ  
redditio, vel damni compensatio, vel debiti  
solutio, & spectat res, non personas: nec  
semper supponit injuriam, ut satisfactio, nam  
v. g. qui depositum reddit, verè restituit, licet  
nullam injuriam intulerit. Quæ tamen de re-  
stitutione dicentur, applicari debent satisfa-  
ctioni latè sumptæ, & reparationi famæ, ho-  
noris & aliorum bonorum, cùm sit eadem ra-  
tio, ac regula pro his omnibus.

**Q. 2. An restitutio actualis necessaria est ad sa-  
lutem necessitate præcepti?**

**Resp.** Aff. nisi impotentia excuset, vel adsit  
justa causa differendi. Constat 1. ex Rom. 13.  
Reddit & omnibus debita... nemini quidquam de-  
beatis, nisi ut invicem diligatis. & Ezech. 33.  
Si fecerit judicium, & justitiam, & pignus resti-  
tuerit ille impius, rapinâmque reddiderit, in man-  
datis vitæ ambulaverit, nec fecerit quicquam in-  
justum: vitâ vivet, & non morietur, & c. & Jac.  
5. Ecce merces operariorum, quæ fraudata est à  
vobis, clamat, &c. 2. ex Reg. 4. Jur. in 6. Pec-  
catum